

proprium chirographum inficiatur : deque aliis capitulis . Ad Johannem Praefectum sacrorum per Orientem Praetoriorum , iterum Exconsulem & Patricium . Dat. Kal. Mart. C. P. Bilif. V. C. Cos. In Authentica titulus est : De triente & semisse , & successione filiorum & nepotum naturalium : & collationibus , vel distributionibus : nec non & literarum , aut numerationum , atque rerum , ex quibus detinent , inficiationibus . Dat. Kalen. Maj. CP. Post Consulatum Bilifarii V. C. Conf. Fabricius addit : *Latine etiam ad Salomonem Praefectum Africa* .

XIX. *περὶ τῶν πρὸ τῶν προικῶν συμβολαίων πεποιημένων παίδων* . De filiis ante dotalia instrumenta natis . Ad eundem Johannem . Dat. xvi. Kal. April. CP. Post Bilif. V. C. Conf. In Authentica . Dat. xv. Kal. Aug. CP. Post Consulatum Bilifarii V. C.

XX. *περὶ τῶν ὑπερηραμένων ἑφφικίων ἐν τοῖς σάκροις τῶν ἐκκλησιῶν* . De administrantibus officia in sacris appellationibus . Ad eundem Johannem . Dat. xv. Kal. April. CP. Post Bilif. V. C. Conf. In Authentica . Dat. Idibus Maj. CP. Bilifario V. C. Cos. In alio Manuscripto : *Apione V. C. Cos.*

XXI. *περὶ Ἀρμενίων , ὡς ἐν αὐτοῖς ἐν πᾶσι τοῖς Ρωμαίων ἀπολαύσει νόμοις* . De Armeniis , ut & ipsi per omnia Romanas sequantur leges . Ad Acacium magnificentissimum Proconsulem Armeniae . Dat. xv. Kal. April. CP. Post Bilif. V. C. Conf.

XXII. *περὶ τῶν δευτερογαμμένων* . De his , qui nuptias iterant . Fabric. *περὶ δευτερογαμιῶν* , de secundis nuptiis . Ad Johannem Praef. Praet. Orient. & iterum Exconsulem & Patricium . Dat. xv. Kal. Apr. CP. Post Bilif. V. C. Conf. In Authentica . *De nuptiis* . Dat. xv. Kal. Aug. CP. Post Consulatum Belifarii V. C. In hac proluxa Novella Justinianus mentionem facit (1) Imperatorum , Alexandri , Constantini , Theodosii majoris , & minoris , Leonis , Zenonis , & Anastasii . Ibi pag. 159. *Majoris autem Theodosii temporibus amplior sollicitudo facta est circa hujus rei (nempe secundarum nuptiarum) tractatum , donec circumiens per ceteros Imperatores , in*

(1) Juxta editionem Lugd. 1612.

Leo-